



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et  
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.  
Canonum Ordinarii Professoris**

**Laymann, Paul**

**Dilingæ, 1666**

Titvlvs XXVI. De Officio Sacristæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

# TITVLVS XXVI, DE OFFICIO SACRISTÆ.

## CAPITVLVM VN.

Vt sciat.

**A**D Sacristam spectat custodia sacrorum thesauri Ecclesiastici, atque luminarium  
vasorum, vestimentorum, & omnis cura.

# TITVLVS XXVII. DE OFFICIO CVSTODIS.

## CAPITVLVM I.

Custos.

**E**Adem, quæ superiore tit. ad Sacristæ munus pertinere dicta sunt, hoc tit. custodis officio tribuuntur. Quare idem videtur esse custodis officium, quod Sacristæ, qui etiam thesaurarius dicitur. c. 1. d. 26. Atque ita notauit Hostiens. & Azor, tom. 2. lib. 3. c. 16. q. vlt. & colligitur ex c. 2. hoc tit. in fine,

## CAPITVLVM II.

Custos.

**D**escribitur custodis officium: Etepilogus adiungitur, quodd in his tribus, Archidiacono, Archipresbytero, & Custode, inter se secundum charitatem conspirantibus, veluti tribus columnis Ecclesia niti debeat.

Hinc itaque apparet, quod Custos non differat à Sacrista, licet titularum horum compilerator pro diuersis habuisse videatur

# TITVLVS XXVIII. DE OFFICIO VICARII.

## CAPITVLVM I.

Ad audientiam.



**E**orgius Presbyter à Vicaria sua viginti annis absuerat, atque interim personatus, quin & curam animarum alibi consecutus est: postea autem re-

uersus Vicariam suam repetere volebat. Quo intellecto Alexander III. respondit, Presbyterum illum non admittendum: cum sacris canonibus repugnet, vt qui curam animarum gerit, alio loco Vicarius existat.

**NOTANDVM** Vn. Vicarius perpetuus, cum ius reale ac titulum beneficij obtineat, inter eos numeratur, qui curam habent animarum. Quare vacat ipso iure eius Vicaria.